

Ex tunc dubia quorum decimo plurimum conferre possit ad dictam Provinciam
quietum regimen iudicij curam et conscientiarum tranquillitatem. Proinde
eodem Procuratore instante volumus de officio nostro quoniam praesentatam
Provinciam quantum possumus eorumdem dubiorum per spicua resolutione in
Domino consolamur. quod quidem eo efficacius facimus scire praestamus, dum
has nostras resolutiones declaratorias statuta decreta, ac dispositiones ex parte
arbitratum nostra tum apostolica speciali nobis quoad hoc indulta atque delegata
vobis rescribimus atque perscribimus.

Prior cum e iure constitutionum mortuo vel amoto Provinciali remaneat
Vicarius Provincie Prior illius domus in qua proximum Capitulum fuerit
celebrandum quocumque in casu quo & ipse vel vita vel officio Priorali de
fungatur ante illud capitulum quicquam ei succedere debeat in Vicariatu
Provincie usque ad capitulum quandoquidem contingere potest quod durante
hoc interregno novus Prior in eodem conventu non eligatur et confirmetur
neque Vicariatus Provincie videatur successive modo in unum modo
in alium gyro instabili posse revolvitur.

Respondemus ad evitanda complura inconvencientia, quae ex mutatione successiva
diversorum Vicariatus Provincie specialiter hinc timeri possunt, praevi-
dendum nobis esse, quatenus ad securiorem huius Provincie tranquili-
tatem et pacem (quoad fieri poterit) unus idemque Vicarius ei absque
mutatione pergit usque ad proximum capitulum. Proinde mortuo vel
amato Provinciali Vicariatus Provincie spectabit immediate ad Priorem
illius domus in qua proximum Capitulum fuerit celebrandum, eoque
mortuo revolvitur ad Priorem illius conventus ubi antecessor cap-
itulum fuerat celebratum; neque retrahendo prout de iure commu-
ni constitutionum. ac vero in casu quo praedictus Vicarius Provincie
conventus sui Prioratus terminum expleverit antequam novus Pro-
vincialis eligatur et personaliter intra Provinciam existat tunc eisdem
Vicarius tempus sui Prioratus extendimus et extendimus declaramus
usque dum novus Provincialis sit electus et intra Provinciam praesens
si vero ante electionem et praesentiam novus Provincialis ibi Vicarius
et Vicarius exierit Vicariatus Provincie tunc et non alias devolvatur
ad Priorem illius domus in qua celebratum fuit Capitulum proxime
antecessor. & si iste quoque Prioratus suum finem ante novum Pro-
vincialis electionem et praesentiam suam similiter utriusque officij sui
(nempe Prioratus et Vicariatus Provincie) tempus extendimus et
extendimus declaramus prout supra; non obstantibus, quod inde ea conatus
pro capitulo proxime futuro designatus novum Priorem habere ceperit
electum et confirmatum atque hac ingrate iuri communium constitutionum Apo-
stolica auctoritate derogare volumus statuendo quod nullominus Vicariatus
Provincie absque mutatione vel transitu remaneat per eum qui ob morte
antecessoris Vicarij iam semel in hoc officio subintravit. insuper
eadem auctoritate prohibemus ne in eiusmodi casibus capitulum Prout
ad alium quemcumque conventum etiam de communibus priorum P. & C.
consilio transferri possit sed omnino celebratur in domo semel rite
designata; denique ne huiusmodi Vicarij Provincie aliunde ex quorum
capite impugnari aut indubium Vocari possint quasi non fiant legitime
electi aut rite confirmati Priores mortuorum conventuum, quibus tunc
praesunt harum serie ex nunc auctoritate app. qua supra generaliter
supplemus omnes et singulos defectus quantumcumque essentiales.

107
acque si qui forte in ipsorum electione aut confirmatione palam
vel occulte interuenerint, itaque ipsi ad prefatum officium Vicarii
Provincie Valide canonice legitimèque ad eundem et ob eundem in
ficiat; si inqualicumque possessione sui Prioratus conuentualis tunc de
facto reperiatur, quod tamen limitamus ad effectum duntaxat prosequen-
di et administrandi quicquid utrumque suum officium cum Prioris tum
Vicarii Provincie, ut ad noui Provincialis Electionem et presentiam
inclusiue

Secundo ambigitur an mortuo vel amoto Priore Provinciali aut etiam
absente a Provincia; Vicarius generalis Provincie debeat esse scrutator
in electione diffinitorum an potius hoc pertineat ad solos Priorem et
superiorem illius Conuentus in quo capitulum Provinciale celebratur
Respondemus Vicarium Provincie in dicto casu esse scrutatorem Ita-
cum Priore et superiore conuentus in quo celebratur capitulum Prout
ut dicitur in constitutionibus dist. 2 cap. 5 § i quod si Vicarius Provincie
Prior Conuentus fuerit ipse cum superiore et tunc scrutator vel si
quorum modo unus ex tribus defuerit tunc duo qui remanent
erunt Scrutatores, si vero duo defuerint loco ipsorum succedant duo
antiquiores in Ordine qui sint de collegio eligentium ut ibidem expresse
dicitur. in casu autem quo sint tantum duo scrutatores, si vtrique
velint impugnar alium, tunc per votam publicam eligi debet iuxta formam
datam pro electione quarti scrutatoris quia illi duo in illo casu sunt
tantum scrutatores de iure.

Terio dubitatur an Vicarius generalis Provincie possint remouere fratres ex
vno ad alium conuentum per assignationem? et Vtrum possint visitare
conuentus? Respondemus quod cum bulla fal. Record. Iulij Pape 11.
circa temporalitatem Reglatoium sub dat. Romę 6. Kalendas Augusti
1504 Pontificatus 1. per aliam eiusdem Pontificis bullam datam
Romę die 22 Augusti 1504 Pontificatus 2. in actis capituli gentis
Papiensis anno 1507. declaratur. 2. ad terminos constitutionum fuerit
rellata et alias in hac nostra Provincia non sit vnus eligendi socius
pro capitulis Provincialibus nisi in principationi Conuentu Cerauere
etiam impedimenta tam prefate Bullę quam constitutionum ratione
quorum Vicarius generalis non aderat simili auduitur, quapropter
declaramus Vicarios generales circa assignationes fratrum habere eandem
auctoritatem ac habere Priores Provinciales persequi conuentus
visitare ac fratres remouereque ratio etiam militat in Priuilegiis
Provincialibus quoad vltimos Conuentus sui Provincialatus, circa assigna-
tiones autem a Magistro Ordinis emanatas declaramus, quod si non
habeant Clauulam, quod non possint remoueri nisi consulto Magistro
Ordinis maneant sub iurisdictione P. Provincialis seu Reglatis
Provincie, qui dictos fratres quemadmodum de cetero dicta assigna-
tiones non habentes remouere possint prout ibi in Domino vide-
bitur Expedire cautè tamen ob Reuerentiam supreni capiti
Et quoniam in tante tempore electionum aliquando seu Provinciales
seu examinatores Vocum pro affectu priuato aut partium Audio vltimis
sunt fauiles ad Vocales seu Legitimos, seu dubios excludendos sine ad-
signatione Vocum tunc vel infligendas vel declarandas suo

Arbitrarius sit quod ratio electionis transigantur sine turbatione
iuragis protestationibus ac circumstantiis dum videtur subditis facile et si
ignorantia sibi persuadet electum non esse legitimum suum ex latum
neque illius preceptis Censuras ligantur. quod de quas sollicitudinis
Patentis zelo tantum proficimus. Etenim meliora de vobis dilectissimi
confidimus tamen ita scribamur. ideo statimur, ac sub signa nullitas
in ipso facto ordinamus id quod pro Indivuum Provincia in cap.
gen. Rom. 1656 scribitur ordinatum est, nempe quod in caput Provin-
cialibus ad eligendos consuetos legitimos Vocales Examinatores
consilio intererint ac suffragium habeant omnes P. Q. Magistri quotquot
alias Vocem in eorum capitulis habent ratione Magistratus et Patris Provis
qui aliquando fuerunt Provinciales similiter intererint consilio, cui ad dictos
Examinatores fiet relatio de admittendis vel excludendis Vocalibus quos
accepta insimul omnes solum Deumque oculis habentes indicabunt secre-
tisque suffragiis determinabunt ac per maiora concludent singulorum Vo-
calium in istam admissionem vel repulsum salus iure quo gloriatur in tali
iudicio possit modeste appellare ad pleniorum consensum totius capituli
quo casus fiat prout fieri consuevit in Conveniendis quando negotium aliquod
in consilio P. Q. eorum iam decum deferatur ad Vota totius capituli Con-
ventualis. Hoc est congregentur omnes Vocales in capitulo presentes & tunc
sim cum supra dictis P. Q. consiliariis exclusis tantum iudicibus rem-
totam finaliter per albas nigrasque fabas decident, quidquid Voto in
eiusmodi plenissimo consensu plurimum Votis semel decum fuerit
irrevocabiliter in illo capitulo habeatnapro iudicato & qui hunc modo reiectus
fuerit nequeat in illo capitulo tamquam Vocali admitti possit tamen
agravamine si quod in eo sibi illatum putat ad Magistratum Provincie
appellare a quo deinde plenissime audietur
Verum ut hac omnia debito tempore disponantur in illique recto Ordine
procedatur nec relinquantur discutienda et iudicanda ad ipsam
electionis diem in prejudicium temporis a constitutionibus prefixi
Pro rite celebranda electione statimur, ac perperis futuris temporibus
observandum decernimus quod Vocales debeant esse presentes in domo
capitulari feria quarta ante diem prefixam pro electione celebranda
et eadem feria quarta eligantur iudices eodem modo quo supra
feria quinta eligantur habeatur prefatum consilium Provincie pro
discutendis ac iudicandis Examinatorum sententiis et eadem feria
quinta si quae fuerint dubia protestationes seu appellationes ad plenum
capituli consensum quoad legitimitatem Vocum congregentur Vocales
in pleno capitulo ubi, modo etiam quo supra decidentur; feria autem
sexta eligantur Diffinitores, taliter quod statim modo ea que iuxta ordina-
tionem Capit. gen. Valentini 1647. antecedunt formalem actum
electionis et illum comitantur seu subsequantur, deferantur ad diem
Sabbati
Porro ut certius ad corda Vocalium pertingat libellus aures tenens in quo
dominus mandamus quod electores ad Vnum omnes assistant solemniter
Missae de Spiritu sancto, quae Provincialium electioni praemitti solet ac debet

408
hinc portis Undique hinc procedatur cum silentio ac tremore ad locum
capituli ac proximi ibi praesentibus formetur scrutinium in quo non omni-
tetur distincta expressio, quot Vocales electioni interfuerint quot horum
Vota in electum conuenerint, quem Vel quot Reliqua Vota nominarint
an et quot schedulz albz ex eadem Una prodierint, Et si quz oppositiones
interiectz sint, dicto scrutinio fideliter inferantur et addendantur ipsius
Scrutinium non absque sigillo vultum remaneat; sed coram omnibus ma-
iori Provincia sigillo designetur. ibidem Provinciali electus conuenerit
fidei professione prout sui capiat officij possessionem: solucantur
inter capitulum psalmus Laudate Dominum omnes gentes, Dominio cantico
Te Deum laudamus; prout in electione Provincialium omnibus iubet
Capitulum generale Sordini anno 1250 celebratum ordinat. lo siquidem
in sola Magistri Ordinis electione hoc cantium adhibetur a domo ca-
pitulari non procedatur ad Ecclesiam sed Provinciali electo ceteris
electores quieti ad cellas se se recipiant, nec portz seu Conuentus scilicet
Ecclesie aperiantur donec Vtraque mensa finita Verserantur tempus
adfuerit. Hec Provinciali accensu faciat obseruari alias parum
absolutionis ab officio ipso facto incusat.

Ceterum ex quo in hac nostra Provincia iudices Vocum parum scrutandum
habent eo quod Sociorum Ius illic non adit nisi per Vno Conuentu
Vestat quot idem vocalium examinares ad iudices onibz minuz quo ad
Reliqua stent ac stare debeant declarationi 19. cap. generali Cong 1650
quz et tenoris sequenti, Declaramus scrutatores seu iudices Vocum in
Capitulis Provincialibus non habere auctoritatem nisi ad examinandas
litteras sociorum aliasque testimoniales Videbunt, an Priores alant
sufficiens numerum statum, an decessint eis Compesem Peduarius
an in suis Conuentibus Inagatur media nocte ad Matutinum equibus in
capitulum postremo Valentino et hoc Romano ita tamen Ut difficultates gra-
uiores quz in eis decurrant a Provinciali aut Vicario seu Residenti
Praesidentibus Provincia definiantur nulloque modo licet iudicibus Vocum
iudicare, an Priores Magistri et Predicatores generale sine legitime insti-
tuti

[Faint, mostly illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or Greek, covering the upper half of the page.]



AVSA



